Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31284
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

qua fuit prima credendi via. Ipse enim primus
publice predicauit vnum deum tantum esse. Nunc
tamen locum vocauit iob tenebras. propter tedio
expectandi dicens. et in tenebris straui
lectulum meum. Nota quod diues dixit se cru-
ciari in lingwa. i. pro peccato lingwe quia epu-
lones sunt loquaces. Nec mirum si iacia trans-
latiue dicatur habere membra cum diuinitas eodem
tropo per membra distinguatur. fuerunt tamen
qui dicerent et angelos et animas habere corpora ae-
rea. Alioquin anime igne vrente non sentirent
quod super genesim inuenies. Alij dicunt quod
ad senciendam visionem ignis non est necesse
habere corpora. Est enim quedam species ignis. cui
si inpones manum sencies ardorem sine ali-
qua manus lesione. Dixit autem abraham chaos
inter nos firmatum dixit vel chaos vt veteres
dicebant fuit forte ita in re erat vel perpetu-
am bonorum et malorum dissimilitudinem per hanc
intelligitur notat. Cumque diues rogaret de mit-
tendo lazaro ad fratres suos audiuit. habent
moysen et prophetas vnde conicitur quod iudeus fuit
pro quo etiam abraham vocauit eum filium et il-
le ipsum patrem. De villico iniquitatis

Ad discipulos autem proposuit ihesus hanc pa-
rabolam de villico iniquitatis. Et est villi-
cus proprie ville custos sed hic accipitur pro economo
Hic timens amoueri et egere clandestine fecit
iniurias cum debitoribus domini sui vt cum eiceretur me-
mores beneficii reciperent eum in domos suas
Et laudauit dominus villicum iniquitatis non
quia inique sed prudenter egisset. Est prudencia qui-
dam sibi in posterum prouidentia. Et ex hoc quod
a minori intulit dicens si sibi in futurum prouidens
etiam cum dolo laudatur. ergo facite vobis amicos
de mamona iniquitatis vt recipiant vos
in eterna tabernacula. q. d. Digno laudandi
magis eritis si prouideritis vobis sine dolo. Mam-
mona lingua syra diuicie. et mamon
sathanas qui ab opibus seducit quo dicitur iniquitatis
quia de iniquitate solet colligi vnde volgata se-
tentia dicit. Omnis diues aut iniquus aut heres
iniqui. Hoc quidam male intelligentes rapiunt
vt bene dispensent sed qui offert sacrificium
de substantia pauperis ac si victimet filium in con-
spectu patris. vel sic potest exponi. quia dominus in hoc

verbo. et hic prouidet nobis et in futuro. qui dicit
Vos reseruate de rebus vestris ad solacia vite
de superfluo facite vobis amicos. quod enim vltra
necessaria vite retinetur. nec proximi neces-
sitatibus erogatur. pecunia est iniquitatis idest
de estate. In ea enim non seruamus equitatem quam
proximo debemus. quem sicut nos diligere tenemur. Et
nota quod non omnes pauperes possunt nos recipere
in eterna tabernacula. sed quia largimur hijs recipie-
mur ab angelis. Bonum est tamen eligere bonos pau-
peres cum possumus. Et addidit dominus. Seruus sci-
ens voluntatem domini sui et non faciens eam plagis
vapulabit multis qui autem non cognouit va-
pulabit paucis. multi propter hoc audire timent
ne audiant veritatem. sed hij non nescientes sed con-
temptores vocantur. De denario diurno.

Tunc proposuit illis dominus similitudinem de
patre familias qui conduxit operarios in vine-
am suam ex denario diurno. Cumque non nisi v. hore
diei ibi numerentur. tamen sub intelligitur vj etates
tam temporis quam hominis. In nona enim et quarta et quin-
ta alias etas intelligitur. in eadem quod iuuentus et
senectus identitas quidam denarium eandem perpetuitatem
notat. nullius enim vita ibi vel breuior vel lon-
gior erit alia vel idem deus omnia in omnibus in ea no-
tatur. De murmure vero recipientium dici potest quod in
non erit murmur in vnum denarium. sed admiracium
de magnitudine premij. Solet enim plerumque
murmur accipi pro confusione vocum vel potest etiam in
murmur ad statum presentem. Interrogatio autem patres
fecisset ad futurum. tam enim dilacionis a gloria
per quam murmurare potuerunt antiqui tamen dormi-
erunt quam nunquam sciuerant hanc sicut nos gloriffica-
runt amiratione autem eorum de tanta congnita expres-
sit dominus sub interrogatione post concludens parabolam
autem. sic erunt nouissimi primi et primi no-
uissimi. idest iudei et gentiles exibunt in
gressu regni celestis. quia nullus intrauit vsque
in septimam etatem quae descendit. qui incepit plena-
rie in ascensione in regne electi cuiuscumque eta-
tis vel temporis vel honoris exibunt in forte pau-
ci iam surrexerunt qui priuilegiati. Cauda
tamen quod in parabola legitur. quia oculus tuus nequam est.
et in fine multi sunt vocati pauci vero electi di-
cunt laborantes in vinea omnes fideles cuiuscum-
que temporis vel etatis quorum quidam boni alij vero mali.

alia littera habet sic. s.
in xi. n. v. et sex alias
in regno dei ascendit quam seruis(?)
et recepta

tradunt vno tempore
eadem in etate.

in statu quia tamen omnes cum
corporibus intrabunt.